

DISSE^{1043.}
TARIO JVRIDICA INAVGVRALIS
CONTINENS

**THESIUM MISCELLA.
NEARVM DECADEM**

QVAM
DIVINA ANNVENTE GRATIA ^{1710,4}
EX DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS IN
INCLYTA ACADEMIA JVLIA
PRÆSIDE

ANDREA HOMBORGIO

JCTO ET PANDECTARVM PROFES.
SORE PVBL. ORDIN. H. T. VICE-RECTORE
ET SVI ORDINIS DECANO SPECTABILI,
DICASTERII AVLICI GVELPHICI AS-
SESSORE GRAVISSIMO
PRÆCEPTORE ET PROMOTORE SVO
ÆTATEM DEVENERANDO

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONO-
RES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

CONSEQUENDI
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI
AD DIEM XVI. SEPTEMBRIS

ANNO MDCCX.
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
PVBLCIE SVB^EJCIET

JOACH. HEINR. WALTHAVSEN
HAMELENSIS.

HELMSTADIA,
TYPIS GEORG-WOLFGANGI HAMMII ACAD. TYPOGR.

1042

DISSESTITIO IURIDICI NAVIGARII
CONFIRMAT.

THESIUM MISCELLIA
NEARVM DECADEBM

DIUTIUM INSTRUMENTIS GRAM
EX DECERTO ET MULIERE
MAGNIFICI LEGATORVM ORBENIS IN
INCIVITATE ACADEMIA LIVIA
PK 1810

ANDREA HOMBORGIO
ICIO ET PANDECTA VAM PROLE
SORE PAVEL OMONIUS ET ALICE RECTORIS
ET SVA ORIGINIS DECIMO SECUNDUM
DIE 22 JUNII VULSI CIVITATIS
PERGORE GERMANYON
PLACENTORI ET PRO MOTORE SVA
TERRA VITAE DEDICAT

PRO LIBERTATI
SAMMOS IN HEGOAE LIBER
RES ET PRIMI FERIA DOCTORIALIA
CONCILIO
AD DIAM VULSI
Vnde HOC
HOMI VULSI ET TOWENDINIS
Vnde HOC
HOMI VULSI ET TOWENDINIS
LOACH HESIUS WALTHASEN
HABITANTIS

Thes. George-Wolffianus Hamm. 1690

1094

VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS
ATQUE CONSULTISSIMIS
DOMINIS
DECANO, SENIORI
ET
RELIQVIS DOCTORIBVS
ATQUE
PROFESSORIBVS
ORDINIS JVRIDICI,
IN ILLVSTRI
ACADEMIA JVLIA
EXCELLENTISSIMIS,
DE ALMA JVRISPRUDENTIA ET REP.
LITERARIA OPTIME MERITIS.

DNO.



WIRIS
WAGHÄUSEN NOVEMBER
SALOIS CONSILIARIUM
DOMINIS
DECANO SENIORI
ET
RELGAS DOCTORIBVS
ATQVE
BROTHESORIBVS
ORDINIS LVRIDIC
WITNESSE
ACADEMIA IAVELA
EXONTEMBURG
DE ALMA RES ACADEMIA ET RE
LITERARII QUITAM MERTIS
DMO.

DNO. DNO. DNO, DNO.

1045.

ANDREÆ HOMBORGIO

J. V. Doctori, Pandectarum Professori Publ.
Ord. p. t. Academiæ Julieæ Vice-Rectori, Sui
Ordinis Decano Spectabili, Dicasterii
Aulici Guelphici Assessori
Gravissimo;

JOHANNI WERLHOFIO

J. V. D. Codicis Professori Publ. Ord. Ducus
Brunsvicensium & Luneburg. Consiliario Aulico
Gravissimo, Sui Ordinis Primario &
Seniori;

JOHANNI WILHELMO ENGELBRECHT

J. V. D. Juris Canonici & Feudalium Pro-
fessori Publ. Ord.

GEORGIO ENGELBRECHT

J. V. D. Instit. Imperialium & Criminalium
Professori Publ. Ord.

*Dominis Praeceptoribus, Patronis atque Fan-
toribus suis atatem devenrandis
atque colendis*

Halsee Theses inaugurales

in

Grati animi testificationem

pro

Singularibus beneficiis

Per duodecim & quod excurrit annos
exhibitit

Se suaque studia porro commendandi
gratia

Cum voto perennis felicitatis
consecrare voluit

Tantorum Academiæ Julie
Luminum

GEORGIO ENGBRECHT

observantissimus

J. H. Walhausen.

1046



TAndem pro meritis Tibi Iusti-
nianus honores
Cultorique refert præmia justa
suo.

Sic colit assiduas Academia denique
frontes,

Et quæ tarda venit, spes, ea grata
venit.

L. *Hec*
M. *Q.*
adposuit

I. A. SCHMIDT D.P.P.

400
Eisti in studiis meliores nauiter annos,
Et pergis recta, qua decet, ire via.
Hæc tua sedulitas dudum cordataque virtus
Præmia quæ meruit, nunc Themis alma parat.
Fac, dubitent alii, ipse feras plus laudis an illi,
An plus ingenio debeat illa tuo.

Clarissimo VVALTHAVSIO
de supremis in utroque iure honoribus
propediem obtainendis
sincere gratulatus
scr.

IVSTVS CHRISTOPH. BÖHMER
Polit. et Eloqu. Prof.





*In nomine Domini Nostri
JEsu Christi.*

UT temporis facultatumque mearum rationem habeam, non, ut alias fieri consuevit, inaugura-
lem dissertationem de certo atque selecto juris argumen-
to conscribere, sed breves faltem decisiones aliquot, ex consilio eorum, qui studiis meis impensius
favent, examini eruditorum submittere animus est.
Non dubito, quin Benevolus Lector hunc qualemcun-
que laborem serena fronte accipiat, meisque conati-
bus porro faveat. Si Deus vitam, vires & occasionem
concesserit, in gratiam juris studiosorum, quorum cau-
sa, ex auctoritate atque licentia JCTorum ordinis per-
plures annos in Academia Julia tempus omne contri-
visse mihi gratulor, varia subinde specimina sequen-
tur.

§. I.

Quemadmodum religiosa Dei invocatio propter
humanæ fidei fragilitatem, ut conscientiæ
vinculum, inventa & introducta est; Sic præ-
stata,

A

1401

sita , si nec in tertii præjudicium redundet , & cira
dispendium æternæ salutis adimpleri possit , servanda
est , non solum Jure Canonico c. 2. de paſt. in 6to. l. 28.
X. de jurejurand. sed etiam hodierno , licet contra dispo-
sitionem juris civilis , mediante tali invocatione , quid
promittatur , l. 7. §. 16. ff. de paſtis. l. 5. C. de LL. Neque
semper requiritur , ut in propria persona jurisjurandi
religio præstetur ; sed tam in Camera Imperiali , quam
aliis statuum imperii dicasteriis , in animam principalis
per procuratorem speciali mandato instructum jurare
licet . *Ordinat. Cameral. p. I. t. 65. 66. R. I. de anno 1654.*
§. 43. *Calenb. Cantley Ordin. tit. 38. 51. 61.* Reipublicæ
ramen magis expedire videtur , ut in propria persona
partes juramentum præſent : quia sic pejerandi oc-
casio ipsis quodammodo adimitur . *Oldekop. de jurejur.*
in alter. animam. n. 72. 73. 79. 80. &c.

§. II.

Privata scriptura contra scribentem & subscri-
bentem , non pro scribente , probat . Mercatorum
vero libri , si in se contineant , debita requisita , & obli-
gationem ad negotiationem spectantem , sive ipse mer-
cator sive ejus institor eosdem scriperit , ex recepta
consuetudine semiplenam probationem operantur , &
juramento suppletorio confirmari possunt . *Gail. l. 2.*
O. 20. Carpzov. l. 3. R. 58. & 122. Idem nonnulli ad
libros opificum , qui causas ad opifcium spectantes in
se continent , applicare solent . *Harprecht. Conf. 60.*
n. 105. an secus , vel recte , nunc in medio relinquimus .
Libri vero censuales seu Catastra Monasteriorum vel
Ecclesiarum , in quibus solutiones censuum vel cano-
num sunt descriptæ , regulariter pro ecclesia non pro-
bant ,

bant, uti sensit Hartm. Pistor. obf. 159. Neque melior
rem effectum nanciscuntur libri rationum, die Hauff-
Bücher / quos quilibet paterfam. conficit, nisi consue-
tudine aliud fuerit introductum. Harprecht. Conf. 60,
n. 100, 101, 102.

1078.

§. III.

Omnis libellus debet esse simplex non articula-
tus, clarus & distinctus, quo futuræ litis species in ju-
dicio proponitur. R. I. de anno 1654. §. 64. Cujus sum-
ma virtus in idonea & apta petitione est posita. Gail. I.
O. 66. n. 10. Mynsing. C. 4. O. 5. Nec dubitandum, quin
certis casibus libellus alternativus, non solum possit,
sed & debeat admitti. De eo autem dubium suboritur : An in actione hypothecaria alternativè agi pos-
sit ? Et respondetur, quod jure civili hoc non proce-
dat. Quia actio hypothecaria est actio in rem. l. 17. ff.
de pignor. in quam, præstatio personalis, ut debitum
solvatur, venire non potest. Præsertim, si agatur ad-
versus tertium possessorem, atque ita contra Gail. I. O.
62. Practicorum non infimum statuit Andler. in Jurispr.
l. I. p. 2. tit. II. n. 12.

§. IV.

Usufructu omnium bonorum constituto, acqui-
renda etiam sub eo comprehenduntur l. 34. §. 2. l. 29. ff.
de Uſufr. Si autem aliquis adest, cui legitima debetur,
illa erit deducenda ; quia statim post mortem patris
pleno jure liberis competit. Gail. 2. O. 144. Quando
vero bona in usumfructum concessa, æri alieno obno-
xia sunt, illud regulariter non usufructarius, sicuti nec
legata, sed proprietarius solvit, Gail. 2. O. 146. Onera
enim hereditaria & legata ab herede sunt præstanta,

A 2

I.I.C.

l. i. C. si certum pet. l. 1. 2. C. de heredit. vel ad. vend. Quia actio personalis datur contra eum , qui personam defuncti repræsentat, qualis hic non est ususfructuarius , sed proprietarius.

§. V.

Parentes liberos aut exheredare, aut heredes instituire debent , nam silentio eos præterire non posunt . tit. *Inst. de Exhereditat.* Præteriti autem dicuntur, quibus vel per donationem , aut legatum, vel alio quoque modo, pars legibus debita , absque institutionis titulo fuit relata. Institutionis enim titulo omisso, testamentum patris redditur nullum. *Nov. 115. c. 3. pr.* Nec opus est querela inofficioſi , ut tale rescindatur testamentum , sed nullitatis declaratione. *Gail. 2. O, 134.* *Habn. ad Wesenb. de inoff. testam.*

§. VI.

Jure civili per l. 18 ff. qui, pot. in pign. in sententia prioritatis fors & usuræ eodem loco collocantur, ita ut , qui potior aliis creditoribus in sorte, potior etiam in usuris habeatur. *Carpzov. p. I. c. 28. d. 160.* Sed ut ut striicti juris ratio hoc inferat : Aequitati tamen magis congrua esse videtur *Constitutio Electoratus Brunsuico-Luneburgensis de anno 1688. die 30. Febr.* quod nemmo creditorum prius usuras accipere possit , quam omnibus creditoribus fors sit soluta. Dazt bey denen Concursibus creditorum, in puncto prioritatis darüber publicirenden Urtheln / und deren Execution durchgehends vorerst die Capitalia absonderlich nach der rechtlichen Ordnung eingetheilet/ die Zinsen aber in gesamt erst nach den Capitalien / jedoch in eben solche classem, worinnen der Hauptstuhl siehet/gesetzet / und darnach

m

1049.

in unserren ic. Ratio hujus æquissimæ constitutionis
hæc reddi potest : quia creditores usuras petentes, de
lucro plerumque captando , creditores autem ratione
fortis de damno vitando certant. *Carpzou. d. l. d. 161.*
Nec aliud Jure Sax. obtinet , etiamsi creditori ratione
fortis & usurarum hypotheca fuerit constituta. *Carpzou.*
l. c. def. 162.

§. VII.

Quantus sit artium liberalium in jure favor , &
quam ampla privilegia Imperatores illis indulserint,
satis testatur Constitutio Friderici in *Auth. Habita C. ne*
fil. pro patre. Ob hujusmodi igitur rationem afferere
haud dubitamus : Fabrum vel alium artificem s. op-
ificem, musicam, vel aliam strepiferam artem exercen-
tem , & doctoribus vel studiosis , qui meditationibus
semper invigilare debent, molestiam creantem, studia-
que eorum interrumpentem, domo sua , alias tutissi-
mo receptaculo, expelli posse. Quæ assertio non tan-
tum ad Doctores in Academia viventes , sed & alias
qui extra Academiam vivunt, & patrocinando , con-
sulendo , judicando aliis inserviunt, extendenda. Po-
tissimum vero hoc procedit , quando Doctor , fabrum
quoad habitationem prævenit ; certis tamen casibus
præventione non attenditur, ut nonnulli opinantur. *Ricb-*
ter ad dict. Auth. p.m. 49. Menoch. arb. jud. quæst. c. 237.
n. 22. 23.

§. VIII.

Operæ rusticorum , qui hasce regiones incolunt,
regulariter immutationem non admittunt, nec de lo-
co in locum extendi possunt, sed ea ratione , qua ha-
bitenus præstitæ, in posterum etiam debentur , *l. 23. §. 1.*

A 3

vers.

*versf. Caveant autem C. de agric. Et censit. Br. ibid. n. 9.
licet sint indeterminatae, Ungemässene Dienste; Vo-
cabula enim hæc operas hactenus consuetas indicant;
Quod eo magis certum, cum ad arbitrium boni viri
vel judicis sint imponendæ. Neutquam vero, absque
ulla limitatione ex solo domini arbitrio, dependent.
Carpzov. l. i. R. 54. Competunt vero hæc servitia prin-
cipibus ut superioritatis territorialis consequentia:
nobilibus vero, quatenus à principe vel jure investitu-
ræ, vel hypothecæ, vel præscriptionis, vel conventio-
nis, illa sibi acquisiverunt. *Harprecht. Conf. 83. n. 20.*
Paurmeister. de Jurisdict. l. i. c. 8. n. 8. minime autem
gentium ut effectus altæ vel bassæ jurisdictionis. *Gail.*
*de Arrestis. c. 10.**

§. IX.

Arresta nec jure naturali, nec civili, nec constitutionibus imperii refragari, prolixe demonstrat *Mevius*
de Arrestis cap. 3. Prout autem non indistinctè omnibus rebus sunt imponenda. *id. ibid. c. 9.* ita nec inique
decernenda. *Caleubergische Cambley-Ordnung tit. 37.* *Braunschweigische Hoff-Gerichts-Ordn. tit. 80.* alias
inique arrestatus judicem injuriarum potest convenire
Lyncker. decis. 549. & si auffugerit, nullam poenam
promeretur. *Lynck. c. 1.* Cautus igitur judex tali casu
jus petentis summariter cognoscat, & examinet *Caroc.*
de sequestrat. quæst. I. n. 1. p. 3. Atque si omnia adesse de-
prehendat, quæ ad justum arrestum, de jure vel con-
suetudine desiderantur, tenetur illud imponere. Qui
vero judex sine justa causa arrestum injungere recu-
sat, denegatae vel protractæ justitiæ reus peragi, & iis
actionibus, ob damnum inde datum, quæ contra ju-
dicem,

1040

dicem, perperam judicantem, aut qui litem suam fecit,
concessae sunt, à parte ad interesse pulsari poterit.
Carpzo v. p. I. c. 29. def. 24. Quæritur hic obiter, an ar-
restum impetratum prosequi debeamus? Jure Saxon, quod hoc fieri necesse sit in expedito est. Jure civili nihil de hoc dispositum inventur. Jure provinciali Ducatus Brunsuicensis de anno 1585. à divo Julio sanc-
tum: Damit sich ferner derentwegen aller Misbrauch/
Unrichtigkeit und Ungleichheit in allen unsern Gerich-
ten/ so viel dymahls möglich / verhütet werden möge/
ordnen/sezen und wollen Wir / das ein jeder/so sich der
Kummer Gerechtigkeit gebrauchen wil / schuldig seyn
soll / denselben dymahl von vierzehn Tagen zu vier-
zehn Tagen bey seiner angewiesenen Obrigkeit ordent-
lich zu suchen/ auch gebührliche Folge thun : in corpore
Constit. Ducatus Brunsuicensis p. 697. Quamvis ve-
ro hoc ita sit, attamen nullibi reperitur, quod in usum
hæc sanctio sit deducta; De quo hodie eo minus dubi-
tandum, quod Jus Sax. ex Ducatu Brunsuicensi elimi-
natum atque ejectum, Landtages-Abschied | de Anno
1597. §. zum zwey und dreißigsten. *Divi Augusti Hof-
gerichts-Ordnung tit. 35. tit. 72.* Constit. Friderici Ull-
rici de 8. Julii 1625. *Hahn ad Wesenbec. tit. de Privileg.
Credit. sub finem.*

§. X.

Quod filius ea, quæ ipsi studiorum causa pater
peregrè agenti subministravit, fratribus, sororibusve
suis conferre non teneatur, *I. 50. ff. famili. ercise.* clare ac
perspicue docet; nisi credendi animo id fecerit. Di-
cta lex loquitur quidem in terminis de filio emanci-
pato, verum in suo minus dubii res habere videtur.
Hinc glossa indistincte de quolibet filio legem interpre-
tatur

latur, addesit Brunn. ad d. l. Neque saltem hæc lex ad alimenta, viatica, & mercedes magistrorum restringenda, sed quoque ad libros studiorum causa comparatos extendenda est. Et quamquam bibliotheca, quam filius sibi comparavit, patris substantiam exhaustat, tamen filius ad collationem non est obligatus, modo reliquis liberis salva maneat legitima. *l. l. §. tot. tit. C. de inoff. donat.* Occurrens vero ingens hoc casu inæqualitas efficit, ut in dubio credamus, potius credendi, quam donandi animo, patrem suo filio talem bibliothecam comparasse. *Philippi Dec. 50. Obs. 2.* Idem & de matre, sumtus liberis suppeditante, in dubio dicendum videatur. *Br. ad d. l. 50.* Quæritur autem hac occasione: An infans, extantibus fratribus adultis, alimentorum & sumtuum ad studia suppeditatorum ratione, quid præcipui loco postulare possit? Quæ quæstio distinctione tali, quæ in re ipsa fundata, dirimi potest. Aut scilicet reliqui fratres, cum tali infante in communione post facta parentis subsistunt, & sic sumtus studiis continuandis necessarii communioni imputantur. Omnes enim impensa necessariae & honestæ communioni imputantur. *l. 52. §. ult. l. 59. §. ult. l. 73. 81. ff. pro soc.* Aut non subsistunt, sed ad divisionem provocant; Quo casu, si sumtus majoris natu fratri non lèdant legitimam, vel non sint nimis magni, ut inæqualitas inde argui, & donationis præsumptio excludi queat, sua portione, divisa æqualiter hereditate, contentus esse debet. Quia fatali ordini naescendi, & præsumptæ patris voluntati, in reliqua hereditate æqualitatem cupientis, aliquid hic adscribendum, *Carpzov. p. 3. const 15. def. 33.* ubi præjudicia. *Baldus ad l. 40. §. filius ff. famil. Ercifc.*

Deo sit laus, honor & gloria!

Helmstedt, Diss., 1710-12


ULB Halle
006 570 348

3



Sb.

v2n8



Farbkarte #13

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

JVRIDICA IN AVGVRALIS
CONTINENS

M MISCELLA. VM DECADEM

QVAM
ANNVENTE GRATIA 1710,4
IO ET AVCTORITATE
ICTORVM ORDINIS IN
ACADEMIA JVLIA
PRÆSIDE

HOMBORGIO
DECTARVM PROFES.
RDIN. H. T. VICE-RECTORE
NIS DECANO SPECTABILI,
AVLICI GVELPHICI AS-
RE GRAVISSIMO
ET PROMOTORE SVO
EM DEVENERANDO

LICENTIA
TROQVE JVRE HONO.
ILEGIA DOCTORALIA

CONSEQUENDI
ERVDITÖRM EXAMINI
M XVI. SEPTEMBRIS
INO MDCCX.
TE ET POMERIDIANIS
ICE SVBZICET

NR. WALTHAVSEN
MELENSIS.

ELMSTADII,
F GANGI HAMMII ACAD. TYPOGR.

1045.

6
//